



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

CLXXXVIII. Bischof Hieronymus von Brandenburg hebt die  
Excommunication gegen den Pfarrer Christian zu Straußberg auf, am 24.  
Juni 1509.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

misionem dictus Dominus Reuerendissimus archiepiscopus magd. et suum Capitulum pariter acceperunt cum potestate adiuncta, Quod si ipse dominus Reuerendissimus archiepiscopus magd. de hoc certificatus fuerit, Quod predecessores sui Episcopi Brandenburgenses aliquod Juramentum fecerint, Quod pari forma ab eodem Electo et Confirmato Brandenburgensi quocumque postulare et prestari, Nec illud eidem Electo vnquam remittere velit. Super quibus omnibus et singulis dicti domini Reuerendissimus et Capitulum magdeburg. ecclesie venerabiles viros dominos Casparem Steynberg, Secretarium etc., et Johannem werth, officialem decanatus magd. Clericos halberstadenis et Brandenburgensis dioecesium notarios publicos requisierant et instrumenta desuper necessaria per eosdem confici et fieri voluerunt. Actum vt supra Presentibus ibidem Reuerendissimo patre ac venerabilibus viris dominis Adolpho ex principibus ad Anhalt etc. preposito, Theoderico Kliczingk, Alberto de Arnstede, hinrico de Stamern, Joachim Kliczing et friderico de Aseborg, Canonicis dicte magdeburgensis ecclesie, Nobili hinrico de wida et in wisenfels, Gregorio werberg, doctore, decano ecclesie Sancti Nicolai noui fori magd. et Officiali curie ibidem, Hermanno de Rolitz, Johanne Cori, legum doctore, Cancellario et Consiliariis dicti domini Reuerendissimi et pluribus aliis in copioso numero de familia dicti domini Archiepiscopi magd. et Reuerendi domini Electi et confirmati Brandenburgensis Testibus.

Nach dem Manuale des Domkapitels zu Magdeburg de 1487—1513 im K. Prov.-Archive zu Magdeburg.

CLXXXVIII. Bischof Hieronymus von Brandenburg hebt die Excommunication gegen den Pfarrer Christian zu Straußberg auf, am 24. Juni 1509.

Hieronimus, dei gracia Episcopus Brandenburgensis. Sentencias Excommunicationis quascunque, per curie nostre Vicarium vel Commissarium generales In et contra dominum Cristianum, plebanum in Strutzberg, ex officio quouismodo latas et fulminatas, tollimus et in toto cassamus dei nomine In hijs scriptis. Vobis, domino Symoni Berlitz ibidem Ceterisque presentibus requisitis Mandantes quatenus eundem auctoritate nostra penitencia salutari premissa absoluatis absolutumque denunciatis. Datum in arce nostra Episcopali Segefer, Anno domini Millesimo quingentesimo Nono, die dominica XXIII Mensis Junij, Vicariatus nostri sub Sigillo.

Nach einer Abschrift im v. Sadwitz'schen Nachlasse.